

Wh
920

Q.K.128, II.

Wh
930

Q. D. B. V.

SEXAGINTA ANAGRAMMATA ENCOMIASTICO - VOTIVA

cum rotidem variis metri Epigrammatibus

SEXAGESIMO ÆTATIS ANNO ET NATALI LXI.

CELSISSIMI ET ILLUSTRISIMI COMITIS AC DOMINI,

D O M I N I

ALBERTI ANTONII,

S. R. Imperii Quatuor-Viri,

Comitis Schwarzburgi & Honsteini,

Domini Arnsteti, Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ &
Clettenbergæ,

Comitis ac Domini nostri Clementissimi

in $\frac{2}{3}$. diem Martii A. 1701. incidenti,

ex celissimo Ipsius Nomine & Titulo eruta,
humillimè & devotissimè consecrata,

& PROGRAMMATIS Loco

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

ACTUI ORATORIO GENETHLIACO

Aquilæ naturam, qualitates & in juventutem renovationem
cum applicatione exhibituro,

& in Schola Francohusana dicto die instituendo, præmissa,
ad quem

MAXIMÈ VENERABILES PATRES CON-

SCRIPTOS, omnesque & singulos Literatos, cuius-
cunque dignitatis ac ordinis sint, Scholæque &
hisce studiis cupientes

submisse, honorificè & amicè invitat

M. JOH. Gossmann/Schol. Francohus. Rect.

Vetusta DoMUS sChWarzbUrgensls eX
Voto fLoreat & sUperet!

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

ERFURTI, ex Officina GEORGII HENRICI MÜLLERI.



Ad L. B.

 Ilm Celsissima & Illustrissima Comes ac Domina,
DOMINA AEMILIA JULIANA, pientissima &
Clementissima nostra patriæ Mater ante triennium,
& quod excurrit sexagesimum ætatis annum, senectu-
ris januam, ingressa esset, humillimo pietatis officio
impulsus sexaginta Chronosticha encomiastico - vo-
tiva in formâ Inscriptionis Eadem subjectissimè de-
dicavi. Ne verò pientissima ac humillimæ observantiae meæ jam
immemor viverem, cum Celsissimus ac Illustrissimus Comes & Do-
minus, DOMINUS ALBERTUS ANTONIUS, Patriæ Patens noster
pientissimus & clementissimus, eundem ætatis apicem gratiâ ac ope
divina superavit, eodem pietatis humillimæ incentivo incensus se-
xaginta anagrammatismos encomiastico - votivos cum totidem variis
metri epigrammatibus in nupero otio, (ne in otio otiosus viderer,)
post examen vernum concessò ex Ipsius celsissimo Nomine & tunc
integro, tunc more solito abbreviato, eruere & conscribere susti-
nui. Et si verò ejusmodi ingeniorum lusus & foetus variis judiciis &
præjudiciis, dum approbat Hermes & improbat Hermogenes, exponi
non nescio: Sunt tamen non pauci exasciatae, doctrinæ & illistris au-
toritatis Viri (1.) qui hujus farinæ exercitia ingeniosa non tantum
appro-

(1.) Præter alios plures allegari meretur celeberrimus Harsdörfferus
in tractatu Gesprächs-Spiele inscripto parte IV. p. m. 163. ubi
sic de anagrammatibus censet: Diese Erfindung des Buchsta-
ben-Wechsels ist allbereits bey denen Hebreern in Gebrauch
gewes.

approbant, & illis, quibus officii ratio permittit, & de meliore lato
finxit praecordia Titan, maximoperè commendant; Verum & ipsi
egregius hujus sortis monumentis & documentis, quæ musinantur,
orbi literato se admiratione dignissimos reddunt. Nihil autem mihi
in subsellio Literatorum infimo sedenti & intra cuticulam meam
me continentibus lusibus hisce ingenioli mei minus venustis attributum
velim; Sed in magnis voluisse, humillimas pietatis partes explevisse
mihi sufficiat, cum molâ etiam falsâ, si thura desint, litâsse Diis
non

gewesen / und nicht der geringste Scheil ihrer Cabala: es schärft
selcher das Urtheil / veranlasset zu schönen Gedanken / vero
mehret allerhand Erfindungen / bringet sonderbare Lieblichkeit
und Nachdruck in den Reimen / und fließen oftmaßl feine Er-
innerungen aus so versegten Buchstaben. *Vid. Giffenium*
Poësis de Anagrammatibus eorumque legibus, nec non Paschasi
arificiosa Poësia, que Heriboli A. 1669. prodiit, cap. 48. p. m.
120. Ex hodiernis maximè Reverendi DN. M. CHRISTOPHORI
KLESCHII Erfurtenium Ecclesiastis è primariis, Theologi
exercitatisimi, Poëtæ felicissimi & celeberrimi Poëtica palma sub
palma cap. 9. axiom. 3. de Anagrammatismis p. 131. seqq. Ubi va-
ria Anagrammatum exempla partim à se, partim ab aliis, cum pri-
mis illustris omnibus elogis majoris Viri GEORGII CHRI-
STOPHORI PETRI ab Hartenfels, Erfurtenium Aesculapii πο-
λυμάχετάτε & Poëtæ celebratissimi, allata & allegata non sine
delectatione leguntur. Addimus Anonymi Anagramma superiori
anno in Marcellum Durazzo Episcopum Florentinum, (de quo in-
ter alios nuperos selle pontificie Candidates vide tractatulum
eigentliche Abbildung des iehigen Conclave nebst denen dar-
innen vermaerten Cardinalen) satis ingeniose factum:

Marcellus Duratius Episcopus Florentinus.

per anagramma:

Si tu velles, jure sis Papa futurus anno MDCC.

Nuperum Anagramma de NARVA & VARNA quam mirifice
etiam curiosos Animos demulserit, Literatis non ignorum. Que
ratio

nōn ingratum esse me non fugiat. Ut autem sumtum typicorum rationem haberem, & ad facultatem me referrem, spatiū angustiæ consulturus Celsissimum titulum bis integrum in Latio & Germanico idiomate, & in cæteris usu recepto abbreviatum, variatum tamen,

A. 3 exhib.

ratio in admiranda illa 24. literarum alphabetariarum, ut vocant, quā innumerabiles librorum myriades in tot linguis extant, eadem in Anagrammatibus ferē occurrit. Huc referri etiam potest, quando unus versus cum primis monosyllabus innumerabili fermè modo transmutari potest, qualem D. Paulus Röber A. 1625. in urbem Halensem Saxonum fecit:

Rex, Dux, Jus, Sal, Far, Pons, Mons, Merx, Pax, ibi Grex, Vox
Nunc sunt.

De quo versu Zeilerius epist. 597. p. m. 708. refert ex Halensem Chronicō, daß solcher Vers 39916800. mahl und wenn noch 2. einsylbige Wörter zum Anfange des Pentametri darzu kommen / 6227020800. mahl zu verändern sey / also daß wenn von Anfang der Welt täglich 3000. variationes von 3. Personen geschrieben / dieselbe doch in gemeldten 1625. Jahre damit noch nicht fertig wären. Sic A. 1619. Heinricus Reimarus Luneburg. versum:

Da, pie Christe, Urbi bona, PaX sit teMpose nostro,
210. vicibus variavit, quem inscripsit: Proteus Poëticus, Talis variatio etiam plus millies in hoc versu procedit:

Rex Regum JESU, jam nōs tua gratia servet.

In nostrā etiam vernacula Iuris Consultus, Poëta ac alter Ulysses ille Vinariensis celeberrimus, DN. JOH. CHRISTOPHORUS Lorbert. Fantor & Amicus meus estimatissimus successu felicissimo in hoc versu

Welt kehr dich wie du willst / dir trau ich doch gar nicht!
periculum fecit, quem 1700. vicibus usque ad numerum 1701. praesens seculum incipientem variavit, in cuius prefatione plures meminit, qui hujus generis lusibus operam dederunt, simulque errorem eorum incunabula novi hujus seculi ad annum 1700. referentium refutat.

exhibui, spe fretus humillimā, ausa mea non inclementer, nec à B.
L. sinistrè acceptum iri. Plurima etiam anagrammata pura, & in
impuris unam tantum literam ex legibus anagrammaticis vel defi-
cientem vel superfluam, vel etiam, licet rarius, in aliam mutatam,
& semper adscriptam, observabitur, id quod monuisse haud super-
vacaneum duxi. Si quid erroris ex improviso fortean admissum
fuerit, id festinationi imputetur, oro. Sit ergo primum anagram-
ma ex integro titulo Latino, idque purum;

Illusterrimus & Celsissimus Comes ac Dominus,

D O M I N U S

ALBERTUS ANTONIUS,

Sacri Romani Imperii Quatuor-Vir,
Comes Schyvarzburgi & Honsteini, Dominus Arnstadi,
Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ,
ac Clettenbergæ, Dominus & Comes longè
optimus & gratosissimus.

Per anagramma, quoad omnes & singulas literas purum, hi pro-
deunt Hexametri:

Gloria Majorum, Numa (2.) ô Nutricius edem
Atquè Scbolam justo Zelo, ut Theodosius (3.) ingens,
Conservans, mortis mors (4.) Dux gregis (5.) Helios (6.)
alter!

Summus amor nobis, claris & destina Muis:

Splendet

(2.) Numa alter Romanorum Rex à Romulo justitiâ & pietate insignis,
qui annum in XII. menses divisit: per antonomasiam hominem
sanctum notat & innocentem, Barth. ad Stat. Sylv. p. II8.

(3.) Theodosius Magnus quam laudabilissimus Imperator fuerit, te-
statur Ambrosii Oratio funebrio de obitu Theodosii M. Tom. 3. ubi
p. 50. hec de eo refert: Dilexi Virum, qui cum corpore solvere-
tur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis ange-
batur.

(4.) Mor-

Splendet in aspectu Eusebii sincera sat, orbi
Et scribit: Virtus Heroum in imagine lucet. (7.)

ALBERTUS ANTHONIUS
BRIG. A. 100. II.

Der Hochgeborene Graff und Herre/

Herr Albertus Antonius/

Der vier Graffen des Reichs/

Graff zu Schwarzburg und Hohnstein/ Herre zu Arn-
stat/Sondershausen/ Leutenberg/ Lohra und Elet-
tenberg/ unser gnädigster Graff und

Herre,

Aus reiner Verwechslung aller und ieder Buchstaben
kommt dieser Reim-Wunsch:

Läß doch den Geburts-Zag/ Herr/ unseer theuren Landes-
Kron

Ewig gar beglückt blühn: Herr/ verreib Angst/ Brand/ Ge-
fahr;

Schaff du ferner Rast und Ruh/ O segn Erde/ Chor und Thron;
Sehe du zu seinen Jahren/ Herre/ graue Nestors-Jahr!

III. Al-

(4.) Mortis mors i. e. non moreris, quando moreris, tibi mortua-
mors est. Respicitur beatissimi DN. Ludovici Güntheri Comitis S.
& H. Symbolum: Vivit post funera virtus.

(5.) Helios alter i. e. Sol. Alluditur ad Symbolum Leonis Thracis Im-
peratoris: Princeps ut Sol sit. Gr. ὥλιος ab Hebr. נֶלְעִי Lucifer à
Rad. נֶלְעַת splenduit, bine Germ. hell.

(6.) Dux gregis i.e. Pastor, Virgil. in Cul. v. 174. Sic etiam magistratus
vocatur Es.44, 28.

(7.) Ultimi duo Hexametri collineant ad divinationem, quam B. Lu-
therus de Joachimi II. Electoris Brandenburgici filio Johanne Geo-
rgio olim protulit.

Splendet in aspectu pietas, intrinseca virtus

Scribitur in vultu, gravitas in Imagine lucet.

Vid. Cernin, Iconib. Electorum Brandenburg. p. 108.

III.

ALBERTUS ANTONIUS PRIMUS, COMES IN SCHWARZBURG ATQUE IN HONSTEIN.

per anagramma i. in t.

Hens in Nepotibus nostris rogatu Rubinus, (8.) hinc ut aquila renascens (9.) sum.

Amplificatio per jambos quaternarios.

Nostris ego in Nepotibus

Rubinus hem sum lucidus,

Et gemma splendidissima,

Pio rogatu plurium

Ut aquila bene vivida

Ego renascens sum quoque

In dulcibus nepotibus

Dei benigni gratia.

IV.

ALBERTUS ANTONIUS COMES A SCHWARZBURG ET HONSTEIN.

per parum anagramma:

Sit Tecum sacrans urnas Heros Zebaoth vultu benigno!

überior expositio:

Sit Tecum sacrans urnas Heros Zebaoth, qui

Illustret Te oculis semper vultuque benigno,

Ille Tuam quoque post seros annos sacret urnam,

Heroam ast laudem sepeliri fama vetabit.

V.

ALBERTUS ANTONIUS COMES A SCHWARZB. ET HONSTEIN.

αναγράμματικός b. in a.

Natales hic Zenonis (10.) tutus numerosos,

Cura, habeat, vita Princeps, Antique dierum!

(Act. 3, 15. Dan. 7, 13.)

VI. ALA

(8.) *Rubinus vulgo sic dicitur à rubore splendido, alias Carbunculus, à Carbone, & hoc ab Hebr. קָרְבָּן siccus fuit, aruit. Alias Pyropus i. e. ignem faciem habens. De hoc gemma Vid. Boethius l. 2. de gemmis C. 8. (9.) de*

VII.

ALBERTUS ANTONIUS PRIMUS, COMES IN S. ET HONSTEIN.

per anagramma purum:

Nonne sit Heros tutus nobis cimelium praefans?

Fusior declaratio:

Quis dubitat? nonne hic sit nobis entheus Heros
Et tutus, nos sub cuius tutamine tuta,
Et Cimelium item cimelia cætera praefans?
Heroum servet Deus hoc Cimelion ipse!

VII.

ALBERTUS ANTONIUS COMES S. ET HONSTEINI,

per anagramma purum:

Litemus annosus hic sit, nos ornem beatè!

Explicatio copiosior per jambos quaterni.

Litemus annosus sit, hic nos ornem beatè!
SERVATOR almus patriæ,
Precesque litemus pias,
Ut nos beatè & prosperè
Hic ornem, ut nos hæc tenuis.

VIII.

ALBERTUS ANTONIUS COMES IN S. ET HONSTEIN.

per anagramma purum:

Nota: nomen JESUS CHRISTUS lenit, beat nos.

Interpretatio:

Hocce nota: Nomen Jesus Christus Patris itam

Lenit nosque beat, patria chara nota,
Patria chara nota, patriæ Pater ut sibi semper

Applicet hoc nomen, patria chara nota.

B

IX. AL-

(9.) De Aquila renescente seu se renovante Vid. infra.

(10.) Zeno stoitorum Princeps, ab Atheniensibus coronâ aurâ & imago aurea, teste Cicerone orat. pro Mur. ornatus fuit. Summam felicitatem in virtute posuit. Legicam cum pugno, Rhetoriam cum palmâ comparavit. Annos nonaginta natus, teste Laertio, sine morbo decessit.

IX.

ALBERTUS ANTONIUS COMES IN S. ET IN HONSTEIN.
per anagramma purum:

*In Consultationibus nostri * mens es entbea.*

Explicatio per jambos senarios:

In hisce consultationibus, Pater

O patriæ, nostri, piè quas suscipis;

In cæterisque semper es mens entbea,

Quà porrò nobis consulas, ut hactenus!

X.

ALBERTUS ANTONIUS COMES IN S. ET H.

Anagrammata sequentia sunt pura.

Ab non tenebre scat uti SOL Musis.

ἐξηγησία.

SOL patriæ & nostris Musis splendens es ubique,

Ex Te in eas radii gratiæ ubique fluunt,

Omnes oremus meritò hinc: ab splendeat hic SOL,

Et Musis uti Sol non tenebre scat alens!

XI.

Hominibus salus è Te constanter.

Exppositio per Genus Gallyambicum:

Hominibus & incolis salus maxima PATER.

PATER è Te constanter affluit, gratia Tibi

Constanter ab omnibus: Deus cuncta retribuat!

XII.

His subsunt à Te solo incrementa.

Interpretatio.

His subsunt à Te solo incrementa tuaque

Climatibus patriæ prece, solo dante JEHOVA,

Hæc subsunt multos patriæ incrementa per annos.

XIII.

SION heres substet in Te columnâ.

Explicatio:

En substet, patriæ Pater, in Te stante Columnâ

Sancta

* Vid. Reg. 42, Synt. Gram, Rhen.

Sancta Sion heres Christi regnique beati
Opto dum Sion in Te stet stante Columna!

XIV.

Hic nobis est murus ante nos, alet. (altè, late)
Declaratio.

Hic PATRIÆ PRINCEPS est murus aheneus ante
Nos, nobis altè (late), qui bène nos & alet,
Ac defensabit quoque nos à quoilibet hoste,
Sic post hunc murum patria tuta manet.

XV.

Et hunc Tu bees inßtar Salomonis!
Amplificatio.
MAJORES Ejus quondam, Deus alme, beásti;
Sic quoque Hunc tu CHRISTE, bees inßtar Salomonis
Felici PATREM PATERIÆ constante salute.

Ab ne sit venis morbosā senectus!

Dilatatio.

Ab sanis ne sit venis, morbosā senectus,
Nec noceant illis ulla pericula precor,
Et quia naturā morbus gravis ipsa senectus,
Hæc Tibi sit veluti prima juventa fuit!

XVI.

Hunc lauris beato omnes: Is stet!

Enodatio.

Hunc patriæ AUGUSTUM lauris palmisque beato
Ac ornanto omnes, pulsantes sidera palmis,
Is stet, & ut persistet felices Nestoris annos!

XVII.

Habes: est natu conterminus Soli.

Evolutio.

Patria! habes talem Patrem, conterminus alto
Qui natu Soli est, nec multum distat ab illo,
Heroas tòp virtutes modo factaque species,

B 2

XIX, En

XIX.
En Schola Macrobius annis Tuist
Dilucidatio:

Macrobius seu longævus tot diceris annis.
En, PATER ALME, Tuis cuilibet atque Schola,
Dum post tot Tu annos superas & vesceris aurā,
QUOS in pace DEUS multiplicare velit!

XX.
Tu insomnes babes noctes liturā, (liratu.)

Illustratio.

Liratu atque laboratu vigilique liturā
In variis scriptis lucubratis tot babes Tu
Insomnes noctes, quas pro constante salute
Consumis, noster clemens Augustus ut alter,

XXI.
Semo, (11.) Aristobulus (12.) est, hinc annet!

Illuminatio per Jambos Senarios:

Semo est, Aristobulus & justissimus
Terrestris hic Deus, Paterque patriæ,
Hinc annet ac perennet Ille prosperè!

XXII.
Abi - Melech noster iustus, notans.

Applicatio:

Abimelech (13.) patriæ noster cum laude vocatur
Justus, at in justos, lege jubente, notans.

XXIII.

(11.) Semo quasi semi homo. Semones olim dicebantur, qui ex hominibus in Deos relati erant. Communiter penultima corripitur: interdum tamen quibusdam producitur idē, quod veruissimi Latinorum non homo hominis, sed hemo, hemonis dixerint.

(12.) Aristobulus i. e. optimus Consiliarius. Plures hoc nomen gererunt. Vid. Lexica.

(13.) Abimelech i. e. pater regius, Rex Palestinarum in Gerarise. Tempore difficillimo famis hospes & nutritor Ecclesia manif. Vid. Genes. cap. XX. seqq.

XXIII.

En Themista (14.) *Cultor bis annosus.*

Extensio:

Cultor es Eusebics ardens en! atque Themista,
Annosus sis bis, mente calente precor,
Rex avium veluti semper renoveris in orbe,
Annosus, vice sic simplice plus quoque eris.

XXIV.

Martius hic nos nos beans luceat!

Expolitio:

Martius hic nos nos ex asse beans sine clade,
Natalisque simul, luceat opto diu!

XXV.

ALBERTUS ANTHONIUS COMES IN S. ET H.

per anagr. purum.

Hò Tu in astris locum habens tenes,

Enucleatio in genere Phalæc.

MAJORES: veluti Tui perennant

In astris, quibus & sati: locum sic

Hò Tu, luciferis habens, in astris.

Tenes hunc, sine termino tenebis,

(n) *XXVI.* *infato.*

Mens Herculis onus habet : *infato.*

accommodatio per Jamb. Senar.

In fascibus Tuis onus mens Herculis

Habet Tua, alme patriæ PARENTS, diu

Infato porrò quæso moli maxima.

XXVII.

ALBERTUS ANTONIUS COMES IN S. ET H.

In hoc & sequentibus angram. una litera vel deest vel superest.

Jus, thus ornat clemens bonitas; (c).

B 3.

Explica-

(14.) Themista idem est ac Themis, Themista sapientior, apud Ciceronem in Pisonem legitur.

Explicatio:

Cum summum sit ius non raro injuria summa,
Ius clemens bonitas ornat & amplificat.
Thusque precum clemens ornat bonitas quaque, thus hoc

Namque Deo semper gratius esse solet.

Hæc clemens bonitas Te, clementissime Judex,
Ornat ius & thus imperiusque Tuum ducas.

XVIII.

O tutela Themis curis beatis nos. (v)

Expositio in genere Phalae.

O! Tute la Themis, tuâ prouocâ ad invicem.

Nos cuiusque tuis beatis benignè.

Conservas patriam; maligna contrâ

Depulsas patriæ PARENTE sedent.

Fixam dante tibi, locumque sanctum.

XXIX.

In oculis mente tu nostra habes. (s)

Interpretatio:

In pronis oculis Tu nos clementeque mente, ô

Curator noster, nostraque semper habes.

XXX.

Hem laboriosus & sanctus in te. (a)

Applicatio per Jamb. Senari.

Hic ut laboriosus alter Hercules.

Hem de tuâ salute curas suscepit.

Tuus parens, ô patriæ pomœrium,

Et sanctus est in te, precesque suscepit.

XXXI.

Esto incumbens nostra saluti. (h)

Diductio: regnus audimur pœnas tuas.

Esto diu incumbens nostra Tu porrò salutis.

Et multa cumulet TE ipsa salute SALUS.

XXXII.

Sanctis Heroibus natus, mente leo. (i.) (n)

Dila-

(i.) Epigramma Leopoldo M. Imp. olim oblatum & centum aureis re-

muneratum in vulgo notum:

Si

Dicitur:

H T Mente leo, natus sanctis Heroibus ille est, **ALLEGIA**
Nil nisi virtutes heroas spirat ubique,
Atque leoninas, etiam quod Insignia tendunt
Stemmatis antiqui, quae dant monstrantque leones.

comitum quis XXXIII.

Tu connotas, miserabiles tuens. (h)

Amplificatio per Genus sapphic.

Connotas semper miserabiles Tu,

Ut patens horum misereriſ ad Te

Supplices qui se modò conferunt, Tu

Amplificatio strophicorum et super hosce tueris.

XXXIV.

Hic bis sena lustra tenens. (m)

Extensio:

H Attingit hic TUTOR PATRIÆ ætatem bene grandem.
Cunctorum ardentí voto precibusque piorum:
Nam bis sena tenens hodie nunc lustra peregit
Lustra tot his lustris porrò, voveo, Deus addat!

XXXV.

ALBERTUS ANTONIUS COMES à S. ET H.

per anagrammatam (i. in n.)

H T O Oto lustra (16.) habenas sum tenens. **ALLEGIA**

Exegesis:

Sena bis ætatis sicut nunc lustra gero; sic

Oto lustra favore Dei Regionis habenas

En! hucusque tenens sum, illas & porrò tenebo,

Dante Deo, quicquid tulerit sua sancta Voluntas.

XXXVI.

Si virtute Leo fueris, si Poldus odore,

Sic Leo sic Poldus, tunc Leopoldus eris.

(16.) Lustrum interdum pro quadriennio ex acto, b. l. autem, ut frequissimè, Olympias est, nempe quinquennale spatium. Et sic est in precedente & in hoc anagrammate accipitur. Ut clementissimus noster patrie Pater d. 2. Martii A. 1641. natus est; ita fasces d. 2. Sept. A. 1662. capessivit.

XXXVI.

ALBERTUS ANTONIUS COMES à S. ET H.

Per purum anagramma:

Actu labores sustines, hem nota.

Expositio fusior per Jamb. Senar.

Actu labores sustines quamplurimos

Pro patriæ salute sicut Hercules,

Hoc hem nota probè solum Schvvarzburgicum!

XXXVII.

Et scholarum bases stant in Eo. (u)

Explanatio:

Stant in Eo solidè tanquam constante columnâ

Ecce bases omnes Themidis, templi atque Scholarum;

Stent in Eo der Jovadiu; sicut & hæc COLUMNA!

XXXVIII.

ALBERTUS ANTONIUS COMES IN S. AC H.

Per anagramma, (a. in t.)

Nestoris annis hos accumula, bea.

Votum uberiorius:

Hos patriæ TUTELARES, rogo, Nestoris annis

Accumula, atque bea prosperitate DEUS!

XXXIX.

ALBERTUS ANTONIUS COMES à S. ET H.

per anagramma pufum:

Sem (17.) es habitacula struens tono.

Explicatio:

Sem velut Ifacidum Patriarcha habitacula Jovæ

Per successores extruxit ubique per orbem,

In quævis Japheti quoque progenies habitavit:

Verus es & Sem sic, Jovæ sanctissime Cultor,

Laude tonoque struens habitacula templaque passim.

XL.

(17.) Vid. Genes. cap. IX. 27. A Semō populi orientales homines sapientissimi Chaldaei, Assyri, Perse, Syrii, Armenii, Phœnices, Bætriani oreum trahunt: inter quos populos Ecclesia Dei longo tempore hospitium habuit.

XL.

ALBERTUS ANTONIUS COMES S. ET H.

per anagramma: (h)

Ut Te Messias lubens coronat!

Expositio:

Messias ut Te ipse lubens, MENS SANCTA, coronat

Tot donis, Tua dum tot pia facta videt,

Namque facit l̄atum multā Te prole Parentēm,

Ac alia multā prosperitate beat.

XLI.

Contristatus es, habe solamen. (a in u.)

Expositio:

Si es contristatus, solamen habe, cape dulce

Ex nostro patriæ PATRE, qui nunquam sinet ullos

Tristes, ut quondam Titus quoque fecit, abire.

XLII.

ALBERTUS ANTONIUS COMES S. ET H.

per anagramma purum:

Heus consecratis bona multa.

Explanatio:

Heus, Numen patriæ, & vos cætera Numina nostræ,

Mente bonâ patriæ consecratis bona multa,

Pro quibus aeternum vobis sit gratia multa.

XLIII.

Est homo sicut Abraham lucens. (m)

Applicatio:

Est homo, ceu lucens clarusque Abraham fuit olim,

Hic PATRIÆ TUTOR, qui pietate micat,

Exprimit ac alios sanctos mores Abrahāmi,

Ut merito lucens audiat hic Abraham.

XLIV.

ALBERTUS ANTONIUS COMES,

per anagramma purum:

Hem in te cubo, Salus nostra.

C

Appli-

Applicatio ad Jesum:

Una salus nostra hem, JESU mi, in te cubo solo.
In te, Christe, cubans suaviter ille cubat.

XLV.

Ab multis annos sic beetur!

Votum prolixius:

Ab multis annos posthac sic porrò beetur
Noster AMOR PATRIÆ, ut Jova beavit Eum,

XLVI.

Annabo scelerum ut hostis.

Überior expositio:

Annabo scelerum constans & ut hostis & ulti,
Dante Deo, nam prolongare solet Deus illis,
Vitam annare jubens, vetiti qui criminis hostes,
Obice qui posito grassantia crimina tollunt,

XLVII.

Honorat Jesum sat lubens. (e)

Interpretatio:

Ut PATRI PATRIÆ Jesu nil dulcius extat

In toto mundo, cuius amore flagrat;

Sic *Jesum sat & Ille lubens ardenter honorat.*

Hinc rursus variè *Jesus honorat Eum.*

XLVIII.

Christus Emanuel nos beat. (o in e)

Applicatio.

Emanuel Christus nos credentes beat omnes,

Ergò & credentem me beat Emanuel.

XLIX.

Sustento in urbe scholam. (a)

Certa Scholæ patriæ sunt fundamenta salutis,

Hinc *sustento meam semper in urbe scholam.*

L.

ALBERT - ANTHONIUS COMES.

per anagramma purum;

Thure sancto libas omne.

Inter

Interpretatio.

Thure precium *santo*, quicquid conaris, id omne
Libus; quid mirum quod bene cedat opus?

L I.

ALBERT - ANTONIUS COMES
per purum anagr.

Cato liberans nos metu.

Explanatio per Sapphic,

Es *Cato* noster sapiens , metu nōs
Liberans, certam facis inde nobis
Spem, Tuo sceptro patriæ salutem
porrò futuram.

L II.

ALBERTUS ANTONIUS COMES.

Hoc Anagramma cum sequentibus est purum :

Umbra Tuā nos tenes , colis.

Dilucidatio :

Umbrā Tuā nos gratiae

Tenes , colis suavissimè,

O TUTOR optatissime.

L III.

O meus labor sanctus in te.

Illustratio :

O meus ecce labor sanctus nec inutilis in Te est ,
Quem mea prompta manus non sine mole subit.

L IV.

En lubens fruo sancta , iō!

Copiosior expositio :

En Jovā solo stimulante lubens fruo sancta
Passim templa , Dei quo celebretur honos;
Quod mihi sancta TRIAS mentem inspiraverit istam,
Gratulor ipse mihi clamoque latus iō!

L V.

Insonores multo curas : bea.

C 2

Expo.

Expositio:

Insontes veluti multò curas & eosdem

Defendis, si quis iadere tentet eos;
Sic illos patrocinio, PATER OPTIME, porrè
Pro bonitate Tuâ, quod facis, usque bea.

L VI.

Natalis cum re bonus esto.

Interpretatio:

Natalis cum re bonus esto: precatur ubique
Subditus in patriâ bonus unusquisque, bonoque
Natali cum re, patriam bona cuncta sequentur,

L VII.

Arbos es onusta clientum.

ἐζήγησις :

O^r exel^se! PARENTS, arbos es onusta clientum
Fructibus, ut sub quâ commoda plurima habent;
Tu præbes umbram, præbes fructusque benignos,
O felix sub Te hæc poma benigna ferens!

L VIII.

Alit nos omnes curis beat. (u in i)

Illustratio:

NUTRITOR PATRIÆ nutrit nos ac alit omnes,
Et sanctis curis nos fovet atque beat.

L IX.

ALBERTUS ANTONIUS COMES

per anagr. purum:

Curas tutans bello Sionem.

Exegeſis:

Plurima dum nostram circumdant bella Sionem,
Non ea postponis, sed curas, optime Tutor,
In bello hoc tutans prece consiliisque Sionem.

L X.

ALBERTUS ANTHONIUS COMES,

per anagramma purum:

EN! ALTO, OMNIBUS CHARUS EST.

Alludit-

Alluditur ad prius nomen ALBERT q. d. omnibus charus
allen Werth & Symbolum:
AMICUS DEI, INIMICUS MUNDI. (ex Jac. IV. 4.)

Prolixior interpretatio,

In qua nomen ab initio, *Anagramma in medio &*
Symbolum in fine legitur.

ALBERTI ANTHONII laudEs , dulcissima MusA
Lætâ voce canam , nomeNque ad sidera tollaM:
Barbiton ergo mihi trade Ac succurre eanentI.
En charus reverâ Albert Anton Comes est hiC
Rectori supremo AlTo percharus JESU,
Terrigenis charusque est Omnis ; ast maledictiS
Vel pravis est exOsus, quondam ut quoq; DaviD,
Semper Amicus enim Mundi est inimicus JOVAE.
Alterum at inspicias si Nomen ; & omen habeI
Nemo non spectat virtutum flore perennI
Tergeminis & laudiBus ornat nobile NomeN
Hoc Chloris Famæque Volantis buccina , totI
Orbi laudatur VirtuS hæc florida , metaM
Nullam permittens, hoC floris odore valentI
Illecti sunt multi Homines fraganti & odore hoC
Ubertim vario cumuAvit patria fructU
Sit florens A-l-b-e-R: Anthon sit & undique florenS
Cum reliquis FLORIS Vovo florescat in ævuM
Omnes immunes quoq; Sint undique casU.
Musæ florebunt patriE si Numina NumeN
Ex votis servet. VotS addatur & istuD:
Sit florens AlberT-Anton , sit faustus in omniL

Cubus epigrammatico - votivus.

Utere	SOL patriæ!	Natali	Lumine	Semper
SOL patriæ!	Numen	Te magno	servet	amore
Natali	Te magno	servet	amore	benignus
Lumine	Servet	amore	benignus	Te Deus hocce
Semper	amore	benignus	Te Deus hocce	secundet.

Aliud epigramma votivum.

*Attingas aquile etates & secula cane
Viribus integris oro precorque DEUM.*

Hoc votum alludit ad Philes, Poetæ Græci, votum, quod, cum de aquile natura disseruisset, ad Imperat. Michaelem cap. I. extr. subnectebat:

*T' τε σὺ, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζῷοις βίον
Ἄτι νεργῶν καὶ κρατήνων τὴν φύσιν.*

*Ut exigas, Rex, hujus oro secula
Semper virescens integris viribus.*

Sed cum ad aquila vivacitatem & in Anagram, 3, 16. & 23, allusum fuerit, missis sententiarum divortiis in ipsis oratiunculis recentendis breviter hic in discentium gratiam monendum duxi, quidnam per aquila renovationis in juventutem intelligatur, cuius Psalmus CIII. v. 5. diserte meminit, in quem locum B. D. Geierus perspicacissimus, seu rectius Theologorum nostratum *Aquila sagacissima* Commentar. in Psalmos hac subjicit: *Simplicissimum est, Aquila compariationem adhiberi ob stabiles ejusdem etiam in senio vires, adeo ut ad ultimam usque etatem eundem retinere dicatur vigorem, ut non prius confessa sit valetudine, quam ipsa fame intereat: vel ut appetat non senio, nec agitudine, sed fame, quod Aristoteles l. 9. c. 32. & Plin. l. 10. c. 3. fieri dicunt, quia rostrum illi ita succrescit, ut cibum ipso capere nequeat ulterius.* Adeoque non tam ratione innovationis, (quoniam & haec in plumarum dejectione, renascemibus novis, conspicua, admitti omnino possit, sicut & in aliis alius,) quam ratione vigoris in aquila semper constantis instituitar hic comparatio. Conf. Es. 40, 31. Jos. 14, II. Ps. 92, 14. Unde & Vossius lib. 3. dol. c. 76. ita exponit:

Recita

Recuperabis vires sic, ut aquila referas juventutem. De aquile senectute i. e. crudâ & viridi Vid. Terent. Heaut. act. 3, sc. 2, v. 10. it, Erasm. Chil. 1. cent. 9. ad ag. 56. Vid. Franz. Histor. anim. part. II. c. 1, p. m. 320. seqq. Porro notetur quod *Aquila* in prisca Ecclesiâ regenerationis symbolum gesserit. De exemplis senum, & virorum & foeminarum, mirabiliiter rejuvenescentium Vid. Sandæus theol. Symb. p. 308. seqq. & Delrio T. 2. mag. quæst. 23. Sed de Aquilæ natura ejusque qualitatibus & applicatione quidam scholæ nostræ alumni sine ordine locati ab aquilinis virtutibus cum primis quoad pietatem, dum Solem justitiae unicè respiciunt, & quoad alacritatem in studiis apprimè commendabiles, plura dicere tentabunt, ut sunt:

Joh. Frideric. Schreiber Roscavio-Marchicus, prologi vices subiturus.

Johannes Brauer Alstetensis, Aquilæ naturam & qualitates explicabit.

Bernhardus Schmid Vogtensis ad Magistratum has qualitates in primis quoad pietatem, Sagacitatem, celeritatem & defensionis firmitatem, applicabit.

Georg. Caspar Ziegenbein Francohusanus, hæc omnia in specie ad clementissimum nostrum patriæ PATREM cum votis anexis accomodabit.

Nicolaus Heinricus Breitling Kelbranus, varijs de aquilæ in juventutem renovatione sententijs recensurus veram adjunget & cum votis etiam ad Celsissimum patriæ PATREM applicabit.

Fridericus Elias Leukart Francohusanus, brevi oratiuncula laudissimum patriæ PATREM cum SOLE verno comparabit. *Frid. Hayn*

Johannes Augustus Hæncfel Francohus. Natalem VI. in 15. Febr. incidentem Illustrissimi & Celsissimi Comitis ac Domini DN. WILHELMI LUDOVICI &c. postliminò recolet, Eundemque cum primo Veris flosculo *Violâ purpurea* componet.

Nicolaus Antonius Höpfner Francohusanus, extraordinariè Serenissimo ac Potentissimo Regi Sueciæ CAROLO XII. de victoria à Moscovitis glorioissimè reportatâ adimitat. Orat. Cic. pro Marcello exercitii gratiâ gratulabitur.

Chri-

Wb 970 A

Christian Gottfried Rose Alstetensis Epilogum consueto more
aget, & sic oda gratulatoria finem imponet, ut hyacinthus ex laudato
Symbolo: *Amicus Dei inimicus Mundi*, compositus Actum auspica-
bitur.

O conscriptorum PATRUM veneranda CORONA,

Virtutum flores quam mirè & suaviter ornant,
TERURSUS precibus nos compellamus, ut hortum
Huncce scholæ solito dignère subire favore,
Et flores juvenum quodam auscultare benignè,
Qui patriæ FLORES sine floribus, attamen ausu
Devoto, gtatabuntur ~~Nor~~ris in orbem
De reatu: votis nostris vos jungite vestra,
Id Vos facturos promte, spes nos fovet alma,
Obsequii flores contra promittimus omnes.
Interea flore atque fave, veneranda CORONA.
Scribemam Marti cum diluxere Calendæ,
Anno: pacem sancta trilas & prospera Donet!



Pon Wei Gao, QK

ULB Halle
003 125 769

3



Wh
930

Q.K.128, II.

Q. D. B. V.

SEXAGINTA ANAGRAMMATA ENCOMIASTICO - VOTIVA
cum rotidem varii metri Epigrammatibus

SEXAGESIMO ÆTATIS ANNO ET NATALI LXI.
CELSISSIMI ET ILLUSTRISIMI COMITIS AC DOMINI,

DOMINI

ALBERTI ANTONII,

S. R. Imperii Quatuor-Viri,
Comitis Schwarzburgi & Honsteini,
Domini Arnsteti, Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ &
Clettenbergæ,

Comitis ac Domini nostri Clementissimi

in $\frac{2}{3}$. diem Martii A. 1701. incidenti,

ex celissimo Ipsius Nominis & Titulo eruta,

humillimè & devotissimè consecrata,

& PROGRAMMATIS Loco

ACTUI ORATORIO GENETHLIACO

Aquilæ naturam, qualitates & in juventutem renovationem

cum applicatione exhibituro,

& in Schola Francohusana dicto die instituendo, præmissa,
ad quem

Maximè Venerabiles PATRES CON-
SCRIPTOS, omnesque & singulos Literatos, cuius-
cunque dignitatis ac ordinis sint, Scholæque &
hisce studiis cupientes

submissæ, honorificè & amicè invitati

M. JOH. ~~St~~rossmann/Schol. Francohus. Rect.
Vetus Domus sChWarzbUrgensls ex
Voto floreat & superet!

ERFURTI, ex Officina GEORGI HENRICI MÜLLERI.

B.I.G.

Centimetres
Inches

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
8

FarbKarte #13

Blue Cyan Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

BIBLIOTHECA
PONICKAVIA

UNIVERSITÄT BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

